Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dabitur credentibus. Gē. Respice
de domine in testamento tuo et animas pauper
um tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣ Exa
urge domine et iudica causam tuam memor
esto obprobrii seruorum tuorum. Alla. ℣
Venite exultemus domino iubilemus deo
salutari nostro. Sancti Lucam. x.
Nullo t. D.i.d.s. Hi oculi
qui uident que uos uidetis.
Dico enim uobis quod multi p
phete et reges voluerunt uidere
que uos uidetis et non uiderunt.
et audire que audiuistis et non au
dierunt. Et ecce quidam legisperi
tus surrexit temptans illum et dicens.
Magr qd faciendo uitam eternam
possidebo. At ille dixit ad eum.
In legr qd scriptum est. Quomodo
legis. Ille respondens ait. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo.
et ex tota anima tua. et ex omnibus
uiribus tuis et ex omni mente
tua et proximum tuum sicut teipsum.
Dixitque illi. Recte respondisti. Hoc
fac et viues. Ille autem volens iu
stificare seipsum. dixit ad iesum.
Et quis est meus proximus.
Suspiciens autem iesus dixit.
Homo quidam descendebat ab
ierusalem in iericho et incidebat in
latrones qui etiam depoliauerunt eum et plagis impositis abi
erunt semiuiuo relicto. Accidit
autem ut sacerdos quidam descende
ret eadem via. et uisum illo p tran
sit. Similiter et leuita cum esset secus
locum et uidens eum pretiuit. Sa
maritanus autem quidam iter fa
ciens venit secus eum. et uidens eum
misericordia motus est. Et appropians
alligauit uulnera eius. infundens
eis oleum et uinum. Et imponens
illum in iumentum suum duxit in
stabulum et curam eius egit. Et al
tera die protulit duos denarios
et dedit stabulario et ait.
Curam illius habe. et quod
cumque super erogaueris ego cum
redeero reddam tibi. Quis ergo
horum trium uidetur tibi proximus
fuisse illi qui incidit in latro
nes. At ille dixit. Qui fecit
misericordiam in illum. Et ait illi ihs.
Vade et tu fac similiter. offertorium. Tuae
domine sperauit dexera tua custodiuit me
manibus tuis tuae tuta. secreta. Oblationem
propiare populo tuo domine propiare
munieribus ut hac oblatione
placatus et mondum nos
tribuas et postulata concedas.
P. Cō. Panem de celo dedisti nobis
domine habentem omne delectamentum et omne
saporem suauitatis. Oplin. Sumpti
tis domine sacramentis celestibus ad
redemptionis eterne quos pficiant
augmentum. P. Post ablationem. Adorā
mus. Hanc quam dignos. v.
Si terrestris domus nostra ha
bitacionis huius dissoluatur
qd edificacionem ex deo habemus